Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

pro temporali connubio tantam
pulchritudinis tue elegan
tiam exhibes. tantaque dul
cedine melliflui sermonis
ostendis. ut etiam ab inten
tione proposite animum
meum reuocare credas a
liis amoribus occupatum.
et cogas mentem meam. ut
quod non uult. quanto magis
amantem et desiderantem te.
et immortalem regis filium
coniugis si uolueris obtinere.
Jam si animam tuam in
corporis tui integritate cu
stodias sic in corpore pul
chrior eris et nitidior. et sic
extrinsecus gemmis et auro
resplendens. ita intrin
secus in tris uirtutibus
perornabis. Erit enim tibi proxi
mi angeli. laudatores
archangeli. paranym
phi apostoli. amici martyres.
xpistus sponsus. qui tibi thala
mum in celo constituet e
ternis margaritis in

structum qui eam ad terre posses
sionem paradysi dotem tibi
sempiternam tribuat. et
constituat tibi incompa
rabiles redditus. et flores in
te cottidie renouet iuuen
tutis. Ad hec daria conpunc
ta respondit. Nulla me
cum o iuuenis petulantis
animi cum his uestibus ad
te signa produxerit. sed patris
tui lacrimis uisitata. cu
pio et te patri reddere. et deorum
reuocare culture. Crisan
tus respondit. Si nosti
aliqua que uere ratio
manifestet. pone animum
meum et diligenter auscul
tem. ita ut ex alterna dispu
tatione libenter audias
eloquiis. Daria respondit.
Inter omnia que humanis
commodis necessaria nouimus.
nichil tam utile tam precium
agnoui. quam diuinitatem
extollere et ad supernas iu
res eorum nequaquam pro contemp